Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

hūanuz·diuinū improuide extenuet ſacmentū
In diuinis nanq officijs preſertim miſſe·tot ꝛ
tanta ſunt inuoluta miſteria·ut nemo niſi per
vnctionem edoct9 ea ſufficiat explicare. Quis
enim nouit ordinem celi·& ponit rationes ei9
in terra. Scrutator quippe maieſtatis opprimet
a gloria. Ego vero non preualens·lippientib9
oculis ſolem in rota conſpicere·tanti miſterij
maieſtatem·quaſi per ſpeculum in enigmate
michi viſus ſum intueri·nec penetrans ad in-
teriora cenaculi·ſed pre foribus aſſidens·in ve-
ſtibulo egi diligenter ut potui·non ſufficienter
ut volui·cum in humanis inuentionibus·nil
ſit ex omni parte perfectum. Nempe propter
innumeras atq ineuitabiles negociorum apo-
ſtolice ſedis iniunctas neceſſitudines quotidie
more fluctuum emergentes·que ſtudentis ꝛ ad
ſuperiora tendentis obtūdunt animum·quaſi
perplexus atq varijs ꝛ ineuitabilibus irretit9
nexibus vacare ad plenum nequiui ut vellem
quinimo vix valui meditata dictare·nedum
concipere meditanda. Nā cuiuſq animus ad
plura diuiſus ſit profecto ad ſingula minor q̄
circa non ſolum benignum ſedulo imploro lec-
torem·verūetiam liberum deſidero correctorem
Enimuero negare nequeo·quin plura inſerta
ſint in hoc opuſculo·que poſſunt iuſto iudicio
nulla temeritate culpari. Verum ſi quid forte
laude dignum repietur in eo·diuine gratie pe-
nitus aſcribatur. Nā omne datum optimum·
ꝛ omne donum perfectum deſurſū ē deſcendens
a patre luminum. Si quid vero indignum in-
ſufficiētie depūtetur humane. Nam corpus qd
corrūpitur aggrauat aīam·ꝛ deprimit terrena
inhabitatio ſenſum multa cogitantē·aut ſi q̄dē
ꝓprie aut eorum fortaſſis·quorū dicta plerūq
potius recitando q̄ approbando hic introducta
naſcuntur. Hoc enim tam ex diuerſis aliorum
libellis & cōmentarijs more mellificantis apis
q̄ ex his·que michi diuina gratia propinauit
fructuoſe collegi·et hāc doctrinā interno fluētē
nectare·velud fauum mellis in diuinis officijs
ſpeculari volentibus diuino ſuffultus preſidio
ꝓpinaui·hanc ſolum apud homines exingenti
perpeſſo labore mercedem expectans·ut apud
miſericordiſſimum iudicem pro peccatis meis
deuotas orationes effundant.

Deo gratias

Anno a natiuitate dn̄ica. Milleſimo quadrin-
genteſimo ſeptuageſimo·kalend̄ vo februarias
vndecimo·libri p̄ntis collectaneā cui & rōnale
diuinoꝝ titulus. Gintherus zainer ex reutlingē
ciuis ꝓgenitus·vrbe aūt cōmanēs auguſtenſi
in medium cunctis legendum exarauit felicit̄·
non ſcriptorum arte quam maiores nr̄i & q̄dē
ſapientiſſimi pie coluere·que hodie literaꝝ etiā
ignauis·ut ita dicam·relinquit̄·verum longe
alia·impreſſoria ſcz·q̄ nr̄a vltia dotata ē etas·
quā & diuinā·q̄a erratoꝝ obuiatrix·omnium
doctiſſimoꝝ iudicō iuſte appellauerim

Ao 1470 ij Calendas Februarij

StB L